1 Quero quis dicat̃ hereticus glo. ordinaria in. c. illi q ꝑegrinos .24. q. 3. enumerat plures modos dicēs. Vno mō dicit̃ hereticus qcūq; ē dubius in fide. ex̃ de here. c. dubius. Secūdo oīs scisma ticus dicit̃ hereticus. 2. q. i. qsquis. Tertio oīs ꝑcisus ab ecclesia ſm ꝙ excoīcatus dicit̃ heretic⁹. 4. q. i. c. i. Quarto modo dicit̃ hereticus qui male interꝑtat̃ sacrā scripturam. 24. q. 3. heresis. Quīto qui nouā opinionē inuenit. 24. q. 3. heretic⁹. Sexto qui uult auferre priuilegiū romane ecclesie que ꝑest oībus. 22. di. omnes. Septimo qui trāsgredit̃ ꝑcepta sedis apostolice ꝑtinaciter. 19. di. nulli fas. Item large quādoq; dicit̃ hereticus oīs q n̄ tenet articulos fidei: & ſm hoc iudei & gentiles sunt heretici .24. q. 3. quia uero: & ſm hoc non oīs hereticus est excoīcatus. Stricte autē sumit̃ hereticus oīs qui remotus ē ab ecclesia quia erat in fide & ſm hoc oīs heretic⁹ ē excoīcatus. ex̃ de here. c. ad abolendā. Est & alia similis glo. in. c. firmissime de hereticis que dic ꝙ sex moīs dr̃ qs hereticus. s. q ꝑuertit sacramẽta ecclesie sicut ē symoniacus. i. q. i. eos qui ꝑ pecuniā. Itē ille qui se sci dit ab unitate ecclesie. 7. q. i. deniq;. Itē qui errat ī expositiōe scripture. 24. q. 3. heresis. Itē omnis excoīcatus. 4. q. 5. ꝙ autē. Itē qui fingit nouā sectā uel cōfictā sequit̃. 24. q. 3. hereticus. Itē qui alit̃ sentit de articulis fidei ꝙ̃ romana eccl̃ia. 24. q. i. hec est

fides. Addit Anto. de bu. in dicto. c. firmissime. q͏̄ pprie dicit hereticus q nō tenet q̄tuor cōcilia. C. de here. l. quicūq̄. & l. fi. . C. de sum. trini. & fide catholica. Itē qui decretalibus epistolis cōtradicit uel eas n̄ recipit. 20. di. de libellis. Itē q coronē catholice ecclesie nō recipit in auc. de puilegiis dotiū post pn. colla. octaua. Adde q͏̄ hereticus esset qui diceret xp̄m non esse uerū hominē. ut in. c. cū xp̄s de hereticis. Itē q diceret ptinacit asserēdo q͏̄ aīa rōnalis seu intellectiua nō sit forma corporis hūani p se & essētialit tāq̄ heretic9 sit cēsend9. ut ī cle. i. de sum. trini. & fide catholica. Itē octo articuli ut heretici dānāt & reprobāt in cle. ad nostrā de hereticis. Primo q͏̄ homo in uita p̄senti tm̄ & talē pfectionis gradū pōt acqrere q͏̄ reddet penit9 īpeccabilis & amplius ī gratia pficere nō ualebit. Nā dicūt q͏̄ si qs sēper pficere posset: posset aliqs pfectior xp̄o inueīri. glo. dicit q͏̄ si hoc intelligūt de dei potētia absoluta catholice dictū ē p eā posse reddi quē īpeccabilē: & hoc puilegiū beate uirgini credat datū esse diuinitus. Dicere aūt hominē hoc posse s̄m legē cōmunē q̄ de9 sanctis dona gratie sue dispēsat hoc ē hereticū. nā s̄m cōmunē legē null9 pōt īpeccabilis fieri nisi p dei beatificā uisionē q̄lit solū post hāc uitā dat beatis. Et put dīc Tho. parte. i. q. 100. ar. 2. Forte mouebāt isti auctoritate Io. in epistola. i. c. 3. ibi. Omnis q natus ē ex deo nō peccat. S; Hieronym9 cōtra Iouimanū plene huic auctoritati rn̄det de pe. di. 2. Si. n. pbans multis auctoritatib; hominē ēt pfectū ī hac uita peccare posse exēplo Dauid Salomonis Iosie Petri. Secūdo q͏̄ ieiunare non oportet hominē nec orare postq̄ gradū pfectionis huiusmōi fuerit assecut9: qa tūc sensualitas ē ita pfecte spiritui & rōni subiecta q͏̄ hō pōt libere corpori cōcedere qcqd plac; Glo. pulchris demōstrationib; pbat hoc esse hereticū. Tertio q͏̄ illi q sunt in p̄dicto gradu pfectionis & spiritu libertatis nō sunt hūane subiecti obediētie nec ad aliq̄ p̄cepta ecclesie obligant: qa ut asserūt ubi spirit9 dn̄i ibi libertas. Quāto q͏̄ homo

pōt ita supnaturalē beatitudinē ſm omnē gradū pfectionis in pſenti uita aſſequi ſicut ī uita eā obtinebit beata. Quīto ꝙ quelibet intellectualis natura ex ſe ipſa naturalit̄ ē beata. ꝙꝙ aīa nō indiget luīe glorie ipſā eleuāte ad deū uidendū & eo beate fruendū. Sexto ꝙ ſe exercere ī actibus uirtutū eſt homīs īpfecti & pfecta aīa licētiat a ſe uirtutes. Septīo ꝙ mulieris oſculū cū ad hoc non īclinet natura ē mortale peccatum: actus uero carnal' cū ad hoc inclinet nat̄a pc̄tm̄ nō ē: maxīe cū tētat̄ exercens. Octauo ꝙ ī eleuatione corporis Ieſu Chriſti: homo non debet aſurgere nec eidem reuerentiam exhibere: aſſerētes ꝙ eſſet īpfectionis eiſdē ſi a puritate & altitudine ſue cōtēplationis tm̄ deſcēderēt ꝙ circa miſteriū ſeu circa ſacramētū eucbariſtie aut circa paſſionē humaītatis xp̄i aliq̄ cogitarēt. Vn̄ papa p̄cipit ꝙ nullus dictos errores teneat & defendat: & p̄cipit inqſitorib9 ut diligent̄ īqrāt & puniāt. Vide gloſas pulchre exponētes & demōſtrātes hos eſſe hereticos errores. Itē ſunt heretici q negare pſumpſerīt ſpiritū ſanctū eternalit̄ ex patre & filio ꝓcedere. Itē q aſſereret ſp̄m ſanctū procedere a patre & filio tāꝗ a duob9 p̄ncipiis & nō tāꝗ ab uno p̄ncipio de ſum. tri. .c. unico li. 6. Itē eſſet heretic9 qui teneret libellū Ioachim abbatis cōtra Petrū lōbardū editū in quo ipſe abbas Ioachī poīt pluralitatē pſonarū in trinitate. pluralitatē dico collectiuā ſicut dicimus plures hoīes efficere populū & ſic diuidit pſonas ſubſtātialit̄ & nō p ꝓprietatē & iō reprobat̄ .i.c. dānamus. ex̄ de ſum. tri. & fide catholica. Itē ē heretic9 q ptinacit̄ affirmat uſuras nō eſſe peccatū. ut ī cle. i. §. ſane de uſ̄is: & ibi p̄cipit̄ ordinariis & inqſitoribus ut contra diffamatos de huiuſmōi errore ꝓcedere nō omittat. Iudei tn̄ ſi hoc ptinaciter aſſererēt: nō poſſunt p inquiſitores puniri ut heretici ſm Pau. tn̄ ſi h̄ dogmatizarent poſſet eccl'ia eos punire: facit ad hoc qd̄ notat Hoſti. de uoto .c. ꝙ ſup. ſicut puniūt̄ in aliis caſib9 in quib9 offendunt fidē. de iudeis. iudei ſecūdo.

Quero an heretici possint reconciliari post mortē si in morte apparuerīt signa cōtritionis. Rn̄det Anto. de bu. in. c. a nobis de sen. ex. ꝙ possūt & debēt. 26. q. 6. c. q recedūt. & c. sequenti de cōse. di. 4. egrotātes de here. excoīcamus. i. § . sane. 2
Quero qs dicat̄ heretic⁹ pp dubiū fidei. Rn̄det glo. in dicto. c. dubius. ex̄ de here. quādo dubitat ī articulis fidei: & hic ē q salvus esse n̄ pōt q cōtradicit alicui āticulo poīto ī symbolo. Credo in unū deū qb⁹ p fidē solā exhibenda ē credulitas qa fides ē de re nō uisa de pe. di. 4. c. ī dona. C. de sum. tri. & fide ca. l. fi. Sed cōtra qa nullus ē qui qn̄ꝗ ex carnis stimulo nō reuocet in dubiū. Rn̄det Anto. de bu. ꝙ quedā ē dubietas que habet ptinaciā animi & deliberationē & placētiā habet & hec īducit heresim circa articulos fidei. Quedā ē habitatio que ꝓcedit non ex cōsciētia & hec ē potius pena ꝙ̄ culpa & debilitas proprie imaginationis ꝙ̄ peccatū nec habet heresim cū frequēt̄ cōtra uoluntatē accidat īmo ille qui se bene firmat in fide & talibus motib⁹ resistit meret̄ sicut ille qui resistit carnis stimulis. 6. di. Sed pēsandū ad hoc. 24. di. dixit. 3
Quero an iudei sint excōmunicati tanꝗ̄ heretici. Respondet Anto. de bu. in. c. ad abolendā ꝙ non: quia quo ad canonicas sāctiones nihil ad nos de his que foris sunt. 2. q. i. multi. extra de diuor. gaudemus. 4
Quero an heretici occulti sint excoīcati. Respondet glo. ꝙ sic de here. in cle. i. 5
Quero qui dicūt̄ credētes hereticoꝝ. Rn̄det Anto. de bu. ꝙ quidā sūt crdētes hereticos esse bonos & istis nō ponit̄ pena hereticorū. Quidā sunt credētes hereticorū erroribus & tales sūt heretici. Pe. aūt de an. in. c. qcūꝗ de here. li. 6. dicit ꝙ credētes dicūt̄ q se dicūt credere eorū errorib⁹. de pe. di. i. pōt. Itē q in orōnib⁹ sequūt̄ eorū ritū & consolationē & cōmunionē ab hereticis recipiūt uel similia que ad eorū ritū ptinēt: & iō tales dicūt̄ credētes qa p̄sumit̄ affectus ad eos esse quorū opa sequūt̄ 6

.l.dolũ.C. de dolo.& pl⁹ ẽ facto q̄ ꝟbo aliqd facere de appel. .c.dilecti.l.certũ.ff.ſi certũ petat̃:& intellige de factis que pti/ nẽt ad ritũ errãtiũ. alias ſecus puta ſi ducatũ ꝑberꝫ heretico uł alimẽta uel ſimilia que nõ ſpectãt ad cultũ fidei. Tales enĩ non credentes ſed receptatores dicerent̃ infra eo.c. accuſatus.·§. ille quoqꝫ:

7 Sed qd de audientibꝫ ſermones & p̄dicationes hereticorũ.Dic q̄ hi nõ poſſunt dici credẽtes ſed grauit̃ ſunt ſuſpecti ita q̄ et̃ purgatio indicẽda ẽ de here.c.excoĩcam⁹.·§·.qui aũt.Similiter qui coĩcant in ducatu cibis ut p̄dixi ſemel aũt in talibus actibꝫ participãdo nõ põt dici qs credẽs uel ſuſpect⁹.i.q.i. cõſtat de p̄ſũptio.c.ex ſtudus.

8 Queõ q dicãt̃ receptatões.Rñdet idẽ Pe.ubi ſupra q̄ illi q ſci ẽter hereticos ſuſcipiũt.ut ĩ.c.felicis de pe. poſt p̄n. Lex autẽ illũ receptatorẽ uocat q receptat & celat ut celat⁹ iudicis man⁹ euadat.l.i.&.z.ff.de recepta.&.ff.de offi.preſi.l.congruit & q̄ notat̃ in.l.quicũqꝫ.C.de ſer.fu.& notat Hoſtiẽ.in ſum.hui⁹ ti. :·§·.que pena.

9 Quero qui dicant̃ defenſores. Rñdet idẽ ubi ſupra q̄ qñqꝫ qs defẽdit errorẽ qñqꝫ errãtes p̄m⁹ dãnabilior ẽ.24.q.3.q aliorũ. Secũdus q defendit p̄ſonã & punit̃.c.quicunqꝫ de here.li.6. & iſta defenſio p̄ſone põt multiplicit̃ cõtingere: puta niribus & potẽtia ne p̄ueniat ad manus iudicis & de iſta defenſione loqt̃ .2i.q.i.p totũ.Itẽ dicũt̃ tales defẽdere p̄ncipes & p̄lati qui ta/ les nõ corrigũt.Nam ĩ eis negligere ẽ fauere.2.q.7.negligere .83.di.error.&.c.ut fame de ſen.exco.

10 Quero q dicãt̃ fautores.Rñdet idẽ ubi ſupra.Diſtĩguẽdũ inter p̄ſonas publicas & p̄uatas.Illi enĩ q habẽt publicã ptãteꝫ ex ſo la cõmiſſione pñt dici fautores qñ.ſ.nõ fugãt ab eccł'ia dãnatũ neqꝫ puniũt.23.q.3.qui põt.& .c.quãte de ſen.ex. ubi de hoc . Priuate uero p̄ſone nõ capiẽdo uel detinẽdo nõ dicunt̃ fauto/ res quia hoc ſpectat ad habẽtes ptãteꝫ.Quantũ aũt ad uerbalẽ

resistētiā q̄libet tenet̄ resistere blasphemantibus supra.c.i. &
.c.qui alios ubi de hoc.

Vtrū qs dicat̄ fauere hereticis uerbis.Rn̄det idem ꝙ sic:si non ii
p iocū nec ex lingue lubrico sed in publico & in cōuenticula di
cūt illos nō esse tales quales dicūt & generalit̄ qn̄ ꝓuocāt uer
bis plebē ad hereticorū amorē & fidē eneruāt fauere dicūt:&
ꝓbat̄.ii.q.3.timēdo.2.q.i.c.fi.Itē defēdēs colorate dicit̄ fauere
.ii.q.3.ita.Secus si p lubricū lingue.ff.de actio.& obli..l.obliga
tionū substātia.Aduocati ēt qui defēdēdo eorū excessus excu
sant fauere dicūt.Et de istis aduocatis uide qd̄ notat Io.an.ī.c.
ꝓposuit de cle.exco.minis.

De dominis tēporalibus qui cognoscūt
de officio inquisitionis.§.23.

Circa hāc excoīcationē.s.de dn̄is tēporalib9 qui cognoscūt de
officio inqsitionis.Aduertēdū ꝙ incurrūt hāc excoīcationē si
ue p̄ncipalit̄ siue incidēt̄ cognoscāt:p̄ncipalit̄ puta qa ista decā
p̄ncipali facit capi hereticū. Incidenter;puta quia fecerat capi
eū alia decā sed incident̄ ēt de hoc inquisiuit . Itē nota ꝙ dātes
eis auxiliū cōsiliū & fauorē sunt excoīcati si scient̄ hoc faciunt:
secus si ignoranter s̄m glo.

De inquisitorib9 qui quouis mō omittūt
ꝓcedere contra hereticos.§.24.

Circa hanc excōmunicationem de inquisitoribus qui odio
gratia uel amore omittūt ꝓcedere cōtra hereticos.

Quero qd si omittant timore uel pp uitādū scādalū.Rn̄d3 glo. i
ꝙ nō ē locus huic pene.

Quero quis dicatur suspectus & per quā suspitionē pōt cōtra 2
quēpiā ꝓcedi.Vide Anto.de bu.ī.c.excoīcamus de here.& Io.
de li.in cle.i. eo.ti.

Quero qa hic dicit̄ ꝙ nō pōt absolui p̄terq̄ p romanū pōtifi 3
cē:qd si uacat sedes apostolica an possit absolui a collegio car
dinaliū.Rn̄det Lap.ꝙ non de elec.ne romani.sed solum papa

uiuente uel ab eo cui commiserit: nam hic intelligitur de persona nō de dignitate. ut scribit Archi. de rescriptis. c. si gratiose libro sexto.

q Quero qa hic dicit̄ ꝙ episcopus cōtrafaciēs incurrit penā suspēsionis ab officio ꝑ trieniū. An pene suspēsionis & excoīcationis ligēt occultos ut īdigeāt dispēsatione & absolutione. Rn̄dz glo. ꝙ sic que semper ad hoc allegatur. Nota ergo ꝙ necessarium est confessoribus scire suspensiones ut possint eos mittere ꝓ dispensatione.

De inquisitoribus qui extorquent pecuniam ratione sui officii. §. 25.

c Irca hāc excoīcationē de inqsitoribꝫ q extorquent pecunias rōne sui officii.

i Quero q̄ntū debēt satisfacere ut absolui possint. Rn̄det glo. ꝙ sufficit restituere q̄ntū extorserūt. Itē nō ꝙ eccl̄ia habet fiscū suū ſ̄m Lan. ut refert Io. de ligna. qui uocat̄ thesauraria seu bursa cui applicāt̄ bona alicuiꝰ p̄lati sicut bona & res imperii dicunt̄ fiscus. Non autem bona ꝓpria imperatoris uel prelati Habet. n. eccl̄ia loculos qui ꝓcesserūt ex loculis quos habuit dn̄s. 12. q. i. exēplū. &. c. habebit. In hoc tn̄ fisco oēs res ecclesie oblationes fideliū appellate sūt eo ꝙ a fidelibꝫ collate sūt āpliantes. 12. q. i. uidētes. Et in tm̄ āpliatus est fiscus ꝙ nulla ꝑsona eccl̄iastica maxīe cōmunē uitā gerēs pōt egēs uł paup inueīri q̄d uerū ē si bn̄ fieret diuisio. Sed p̄lati nostri tēporis male diuidunt sed totum sibi appropriant.

De his qui mandant xp̄ianos occidi per assassinos. §. 26.

c Irca hāc excoīcationē. s. de his q mādant xp̄ianos occidi per assassinos & ce.

i Quero q dicāt̄ assassini. Rn̄det Pe. de an. ꝙ assassini dicūt̄ qui ꝑtio cōducti delicta cōmittūt & isti atrocius de cōsuetudīe puniunt̄ q̄ꝫ si gratis mādato suscepto occiderēt. ut notat Bar. in. l.

nõ solũ.·§·.si mãdato de iniuriis.&.l.Cicero de penis. Idẽ dicit Io.an.in nouella.s. ꝙ assassini dicunt̃ qui per pecuniã homines occidunt & dicuntur a scindo scĩdis quia scindunt animã a cor/pore ẜm Archi.

Quero qd si mãdat occidi iudeos uel paganos.Rñdet Pe. ẜm 2
Io.an.ꝙ nõ ẽ excoĩcatus: & iõ dicit Io.an. se defendisse quẽdã ꝑlatũ contra quẽ fuerat ꝓbatũ ꝙ fecerat occidi homines per assassinos sed cũ illi homines potuissent fuisse nõ xp̃iani non erat sufficiẽs ꝓbatio.

Quero qd si mãdauit qs occidi xp̃ianũ ꝑ assassinos & re ĩtegra 3
anteꝗ̃ mors fuerit secuta reuocauit.Rñdet glo.ꝙ nihilominus ẽ excoĩcatus ex solo mãdato.Itẽ nota ꝙ tales nedũ sũt excoĩca/ti sed depositi a dignitate ordine honore officio & bñficio. ut in dicto.c.ꝓ humani.

De scismaticis & q innitunt̃ eorũ ordi/nationibus & alienationibus.·§·.27.

C Irca hãc excoĩcationẽ.s.de scismaticis & qui ĩnitunt̃ eorũ or/dinationib9 uel alienationib9.Notãdũ ꝙ irrite sũt ordinationes bñficiorũ collationes & eccl'iasticarũ rerũ alienationes a scis/maticis facte:& a dignitate & ordĩe suspẽdit̃ q iurat scisma te/nere.ut in.c.i.de scismaticis.

Sed nũqd ordinatus a scismatico accipiat carecterẽ.Rñdꝫ glo. 1
in dicto.c.i.dicẽs ꝙ sic:dũmodo ĩ forma eccl'ie fuerit ordinatus tñ ẽ suspẽsus & nõ habet executiones nisi dispẽset̃ & dispẽsari põt cũ recipiẽte a scismatico ignorant̃ & debet expelli ab offi/cio nisi ꝓbet ꝑ testes uel ꝑ litteras secũ dispẽsatũ fuisse q tñ ñ põt dispẽsari ab ep̃o scismatico q eũ ordinauit ẽt postꝗ̃ ipse ep̃s ẽ reuersus ad fidei unitatẽ.ut in.c.fraternitatẽ in tex. & in glo.extra de scismaticis.

Quero an suspẽsio ꝓcedat ĩ infinitũ:puta si suspensus ordinat 2
unũ & ille aliũ & ille alterũ an ĩ infinitũ oẽs sint suspẽsi. Rñdꝫ An.de bu.in dicto.c.i.ꝙ quidã tenent ꝙ sic.Sed Inno. habet

hoc ꝑ absurdo. unde dicit ꝙ nõ ē uerũ ꝙ ptãs ordinãdi tollaṫ ĩ infinitũ: qa nõ extẽdiṫ nisi ad ordinatos & noĩatim ꝑcisos q̃si diceret ꝙ nõ trãsit hec pena ad tertiã ꝑsonã sicut ĩ excoĩcato. Dic tñ ꝙ lex cõtradicit qa si ꝑ plures manus ãbulauerit idem erit. ff. de mino. l. in cause. §. fi. & l. sed & ubi: & q̃d dicit canon ꝙ de radice infecta bonus fructus exire non poterit. i. q. i. ferṫ. Hosti. dicit ꝙ durãte ignorãtia sicut ordinatoꝝ ꝑferṫ opĩo ueritati & oĩa ĩ xp̃i fide purganṫ de coha. cleri. & mu. c. uestra. Veritate aũt cõperta necessaria erit dispẽsatio. Et dato ꝙ tot⁹ mũdus sit ĩuolut⁹ & multitudo sit ĩ causa: ꝑstabit saltẽ pape legitimã causã dispensandi. ex̃ de ordi. ab ep̃o. c. i. & 2. & de cle. exco. minis. c. latores.

3 Quero qs dicaṫ ꝓprie scismaticus. Rñdet Anto. de bu. ꝙ qñq̃ hoc uerbũ sumiṫ largissime ut oĩs ĩ peccato mortali cõstitutus. i4. q. 4. apostolice. i. q. i. sacerdotes: & hi sũt a deo sepati ñ aũt a sacramẽtis ecclesie. Large dicũṫ esse scismatici oẽs excoĩcati ex qbus aliqui peccãt aliq nõ: sed sine peccato nõ debet excoĩcatio fieri de resti. spo. litteras de sen. ex. c. inq̃sitioni: tñ sũt ab omni actu fideliũ sepati. Stricte autẽ q cõiurationes faciũt cõtra episcopũ ꝓpriũ & in his nõ habet locũ. c. i. de scisma. non eni sunt suspensi sed suspẽdẽdi ẜm Hosti. & Inno. Adhuc magis stricte possunt dici scismatici q ꝯ episcopũ ꝓpriũ ĩsurgũt & episcopatũ tenẽt & suos cõstituunt sacerdotes faciũt. 7. q. i. scire. 24. q. 3. inter scisma. Quidam sunt scismatici strictissime ꝓut in. c. i. de scismaticis sumiṫ ut qui sunt diuisi ab unitate ecclesie & qui conanṫ sibi episcopos & ꝑ̄sbiteros & cõstitutiones facere. 7. q. i. nouatianus.

4 Sed nũq̃d tales sũt heretici & incurrũt penas hereticorũ. Videṫ ꝙ sic q̃i male sentiãt de illo articulo unã sanctã ecclesiã. Alii tenẽt cõtrariũ ꝙ ꝓprie nõ sũt heretici: & hãc opinionẽ tenet Hosti. dũmodo recognoscãt romanã ecclesiã qa tũc nõ sunt ab unitate diuisi: unde duo licet cõtendãt se põtifices romanos nõ

ꝑpter hoc heretici sūt qa credūt unā ecclesiā:licet qlibet cre-
dat se eius sponsum esse.Sed si qs se papā cōtēderet qa crede-
ret ecclīā duos habere pōtifices esset hereticus qa crederet du
as ecclīas:contra illud unā sanctā ecclesiā catholicā & sic ītelli-
ge Io.7.q.i.non aūt.

Vtrū oēs scismatici sint excoīcati.Rn̄det idē Anto. in dicto.c. 5
.i.ꝙ illi scismatici tm̄ sunt excoīcati qui se cōtra ecclīā romanā
extollūt & ab ipa se sepant qa tales sunt heretici & ꝑ cōsequēs
excoīcati.ut in dicto.c.excoīcamus de here. & ideo greci huc-
usqꝫ fuerūt excoīcati qa fuerūt diuisi ab eo qd̄ ecclīa ꝓ articul
fidei determinauit. Alii aūt sunt excoīcandi scilicet scismatici
large qui nō sunt cōtra articulos fidei nec cōtra uniuersalē ec-
clesiā ita ꝙ sūt suspēsi n̄ excoīcati.ut hic ī fine:sed ꝓcessu curie
oēs sūt excoīcati.

Quero que differentia sit inter scisma & heresim glo.in.c.int 6
heresim.24.q.3.dicit ꝙ ē differentia que est inter dispositio-
nem & habitū:pmo enī dicit̄ scisma.Sed postq̄ ptinaciter ad-
heret sue secte dicit̄ heresis uel aliter ut dicas ꝙ omnis hereti-
cus ē scismatic⁹.sed non conuertit̄ & sic ē illa differentia que ē
inter genus & speciem.

De ferentibus ferrū arma lignaminā ad
impugnandū xp̄ianos necessaria.§.28.

c Irca hāc excoīcationē.s.de ferētib⁹ ferrū arma & ce.

Quero quid si ferrum & alia huiusmodi sint delata non inten- 1
tione ut impugnentur christiani. Respondet Anto.de bu.di-
cto.c.ita quorūdā ꝙ sufficit ꝙ portēt licet nō hac intētione ut
īpugnent̄ xp̄iani sed sufficit ꝙ īpugnari possunt.

Quero an sit alia pena ultra excoīcationē.Rn̄det glo.ꝙ sic qa 2
debēt capite puīri.l.2.C.q̄ res expōtari n̄ debent.Item dicit
in his qui docent naues facere eos cum prius illius rei peritiā
nō haberent.C.de pe.l.fi.

Quero quid contineatur appellatione armorum. Respondet 3

glosa q̄ fustes & lapides: puta si deferrent lapides machinis i/ponendos.

4 Quero qd de his qui exercent gubernationē ī pıraticis nauibꝫ saracenorū ñ cōtra xp̄ianos sed cōtra alios īfideles. Rñdꝫ An. de bu.ī.c.ad liberādū s̄m aliq̄s q̄ sūt excoīcatı: qa docēt eos in piratica arte qua poterūt postea xp̄ianos impugnare licet hoc non placeat Inno.

De fractoribꝫ seu incendiariis. §. 29.

1 C Irca hāc excoīcationē de fractoribus siue incēdiariis. Nota differentiā inter incendiarios ecclesiarū & religiosorū locorū & aliarum rerum secundum Ricar. in. 4. & Asten. in summa li. 7. ti. 2. ar. 18. quia incēsores ecclesiarum & religiosorū locorū & cimiteriorū que infra spaciū p̄uilegiatū cōtinent sunt excoi cati ipso iure: sed ante denūtiationē possūt absolui ab episco/po post denūtiationē uero a solo papa. Incendiarii uero aliarū rerum non sunt excōmunicati ipso iure sed excommunicandi & cū fuerint excōmunicati a solo papa absolui possunt.

2 Quero qui dicant incēdiarii. Rñdet Astē. s̄m Ray. qui incēdūt auctoritate p̄pria ciuitatē uillā domū segetē uel similē rē ma/lo studio siue p̄ uīdicta seu odio. 23. q. ul. c. pessimā. ñ solū autē s̄m Rodo. dicit incēdiari9 qui incēdit sed ēt q facit incendi uel ad hoc scient consiliū uel auxiliū impendit auctoritate p̄pria ut dictū ē & dicit malo studio: quia si casu uel negligentia faci at nō ē incendarius his cōcor. Monal. ī sum.

3 Quid de illo qui habet ius indicendi bellū iustum. Respondet Ray. q̄ incendiarius dici non debet nec ipse nec qui iussu eius incendit.

4 Quid de illo qui incendit p̄priā domū uel segetē. Rñdet Astē. s̄m Goff. q̄ talis licet peccaret abutendo re sua: non tamen in/cideret penam incendarii nisi dolo malo hoc faceret ut uicini bona incenderet.

5 Quero qs dicat effractor ecclesie. Rñdet Astē. s̄m Ro. q̄ ille q

dolo malo aut p iniuriã uiolent pariete foderit aut uitreã fene-
strã aut ferratã ruperit aut hostia aut uectes aut cardines dum
tenent hostia firmata diruperit aut tectũ ecclesie.
Sed nũqd factor occult9 erit excoĩcat9 ipso iure. Rñdʒ Rodo: 6
ꝙ sic in fauorẽ ecclesie. Ex pdictis patet ꝙ si pdones cã frãgẽ-
di ecclesiã uadãt nõ tñ frãgãt. puta qa eã apertã & nullũ resistẽ-
tem inueniũt: quia inde custodes ꝓpter eorũ timorẽ auffuge-
rant non incidunt excoĩcationẽ licet intrent parati ĩferre uim
uolentibus eis resistere.
Quero qd de sacrilegis utrũ sint excoĩcati. Rñdet Asten. ſm 7
Ric. in. 4. di. 18. ar. 12. q. 1. ꝙ ut dicit. 17. q. 4. si quis. Sacrilegiũ
cõmittit aufferẽdo sacrũ de sacro uł sacrũ de ñ sacro uł ñ sacrũ
de sacro: quocũqꝫ aũt istorũ modorũ quis cõmittat sacrilegium
non incurrit excoĩcationẽ maiorẽ ipso iure. nisi faciat hoc cum
uiolatione ecclesie siue incendio. extra de sen. ex. c. cõquesti in
glo. Tales tñ sunt excoĩcãdi si moniti satisfacere contẽpserit.
ut. 17. q. 4. si qs domũ dei. & 12. q. 2. indigne. Videt tñ aliquibꝫ
ꝓbabilit ꝙ ipso iure minorẽ excoĩcationẽ incurrãt. Dicit enĩ
in. c. si qs domũ dei donec in cõuentu legitime monitus satis-
faciat sciat se cõmunione puatũ esse. unde illud. c. ii. q. 3. canoĩ-
ca. in quo uiolatores ecclesiarũ excoĩcant. Loquit de his q eccle
sias uiolant cũ effractione. similit illud. 17. q. 4. oẽs ecclesie. Ibi
excoĩcant oẽs raptores eccłie & alienatores facultatũ ei9: loqt
de raptoribꝫ rerũ ecclesie uim inferendo. s. eã frãgẽdo. Ex pdi-
ctis ergo patet ꝙ illi q ecclesias offendũt uel bona ipsarũ diri-
piũt alit ꝙ ecclesias incẽdendo uel uiolãdo ẽt ope ñ sũt excoĩ-
cati ipso iure: sed tñ sunt excoĩcãdi licet dicant sacrilegi. extra
de foro con. c. cõquestũ. Patet ẽt ex pdictis ꝙ defloras monia-
lẽ bñdictã licet auferat rẽ sacrã. s. uirginitatẽ de muliere sacra
nõ incurrit excoĩcationẽ ipso iure nisi eã opprimat uiolent. Si
tñ episcopus ĩ cõsecrãdo ferat sentẽtiã excoĩcationis in omnes
q cũ talibꝫ se ĩmiscebũt cãnalit post hoc carnalit eã cognoscẽs

excoĩcationẽ incurrit. hec Ric.

8 Quid si aliqs cõmittit ĩ ecc͞lia aliqd enorme: puta accipit corpus xp̄i de altari uel dũ coĩcant tenet ĩ ore pp sortiarias. i. ad faciendũ sortilegiũ uł crisma uel frangit altare uel crucẽ uł siłe. Rñdet Astẽ. ꝭm Ray. ꝙ talis ẽ excoicatus. extra. e. c. conquesti. 17. q. 4. oẽs ecclesie. Sed Astẽ. dicit ꝙ sicut ex p̄dictis patet uidet̃ ꝙ qui accipit talia sine fractione ecclesie siue uiolatione ñ sit ipso iure excoĩcatus ꝭm Ric. di. 18. in. 4. Itẽ nota ꝙ nedum effractor uel incẽdiarius ecclesie uel loci religiosi uel cimiterii ẽ excoĩcatus: sed e͞t totius spacii ꝑuilegiati qui sũt. 30. passus in circuitu ecclesie. 17. q. 4. quisquis. & . c. diffinit. nisi sint capelle que sunt infra ambitũ murorũ quasi in modũ castri fabricate. ut dicto. c. quisqs.

9 Quero dicit̃ hic ꝙ effractor siue ĩcẽdiarins excoĩcatus: si denũciet̃ a quo debet denũciari. Rñdet Ric. ꝙ a quocunqꝫ uł e͞t a simplici sacerdote dum tamen habeat ex cõsuetudine excõmunicandi uel denunciandi uel sint denunciati ab homine uel constitutioue synodali.

10 Quero an alii incẽdiarii nõ eccłiarũ qui apud aliquas ꝓuicias ex consuetudĩe reputantur excõmunicati ut in theotonica an uigore talis cõsuetudinis sint excoĩcati. Hosti. in sum. de incẽdiariis tenet ꝙ sic. Idem Ray. sed Rodo. tenet ꝙ cõsuetudo sine sententia uel constitutione tacita uel exp̄ssa non potest facere aliquẽ excoĩcatũ.

11 Quero an excusat metus uel coactio quecũqꝫ cõditionał: puta cũ p̄cipit alicui si nõ incẽdis hãc ecclesiã occidã te: an iste met⁹ excusat ut nõ incidat excoĩcationẽ. Rñdet Asten. ꝭm Rodo. & Ber. ꝙ nõ. Itẽ dicit ab illo incẽdiario aliarũ rerũ ꝙ uis & metus nõ excusant quĩ possit excoĩcari. Sed bñ isti excusant̃ q̄ntũ ad aleuiationẽ peccati a tanto sed nõ a toto.

De statuentib⁹ cõtra libertatẽ eccłie. §. 30

c Irca hãc excoĩcationẽ de statuẽtib⁹ cõtra libertatẽ ecclesie.

Notat Anto.de bu.ꝙ componentes statuta & scribentes con-
tra libertatem ecclesie licet eis non utantur sunt ipso iure ex-
communicati.

Quero an scriptores cõsiliarii rectores & ceteri sint ipõ iure 1
excoĩcati. Rñdet idẽ ꝙ sic eo ipõ ꝙ ĩterfuerĩt editioni uł scri-
pserĩt: sed illi qui nõ intefuerĩt incurrũt si sunt negligentes in
ipsis delendis & abolendis

Quero quãdo dicanẽ negligentes in delendo uel in non faci- 2
endo obseruari. Rñdet Asten. secundũ Hosti. ꝙ ex quo certifi-
cati sunt: cum obedire negligunt ligantur quod referri potest
ad arbitrium boni uiri. s. quãdo potuerũt scire & qñ impedire
. s. ne seruarenẽ.

Quid si certificaẽ de nocte uel ĩ die festo qñ cõsiliũ generale 3
nõ põt fieri uel certificaẽ dũ ẽ infirmus. Rñdet An.de bu.ꝙ ar-
bitrio boni uiri relinquiẽ.

Quid si cõsiliarius dedit cõtrariũ cõsiliũ ut nõ edereẽ statutum 4
an sit excoĩcatus. Rñdet idẽ ꝟm quosdã ꝙ sic: qa debent potius
dimittere dignitatẽ uel officiũ: nisi destruanẽ statuta si habent
ptãtem destruẽdi. ut in. c. aduersus de ĩmu. ec. secus si nõ habe-
rent qa tũc nõ ipĩ sed statuto cõsentiẽtes illaqueãẽ: ad hoc cle.
ex grãdi. de u꜒is nõ tñ statĩ sunt ligati statuta non delentes sed
arbitrio boni uiri.

Quero an ꝓpter statutũ factum ꝑ aliquos principales de uni- 5
uersitate ligeẽ uniuersitas pena excoĩcationis. Rñdet idem in
. c. grauẽ. ꝙ sic si tota cõsentit uel maior pars uel si hoc factum
ratum habet. uel si monita non emendet uel faciat emendari.
ut supra eo. conuerti.

Quero quid intelligaẽ fieri cõtra libertatẽ ecc꜒ie. Rñdꝫ Astẽ. 6
ꝟm Rodo. ꝙ noĩe ecc꜒ie nõ cõphẽdũẽ laici heremite & reclusi:
nisi se subiicerĩt alicui religioni approbate.

Sed nunqd imperatores & reges liganẽ hac cõstitutione si qd 7
tale fecerint. Rñdet Asten. ꝟm Rodo. ꝙ sic: similiẽ omnes alii

in quacunq; dignitate cõstituti.
8 Quero qualiter debent idonee cauere q; de cetero talia non cõ mittant. Respondet Asten. secundũ Hosti. q; debẽt cauere sub certa pena uel datis sufficientib; fideiussorib; .ar. ex̃ de p̃sum/ ptio.c.litteras.·§·.quo circa.
9 Quero quid si fiat contra particulares consuetudines aliquarũ ecclesiarũ uł pticulares psonas. Rñdet Rodo.ĩ ti.de raptoribus q; nõ credit hãc penã habere locũ.
10 Quero quõ dicat̃ fieri cõtra libertatẽ eccłie. Rñdet Anto.de bu.dicto.c.nouerit q; qñ detrahit̃ puilegio generali eccłie cõ/ cesso sup spiritualibus siue a deo siue a papa siue ab imperato/ re.a deo sicut illud Quodcũq; ligaueris sup terrã & ce. Quod trahit̃ ẽt ad ĩterp̃tationẽ dubiorũ ut dicit̃ in.c.p uenerabilẽ.·§·. nominib;.ex̃ qui filii sint legi.Itẽ puilegiũ a deo cõcessũ de de/ cimis & pmiciis & oblationib; habendis.16.q.i.reuertimini de decimis.c.a nobis.&.c.tua. Itẽ q; eccłia solas res ecclesiasticas admĩstret.16.di.si imperator:& q; ip̃a sola de spiritualibus iu/ dicet.26.di.idẽq;:& alia multa que tã ex ueteri q̃ ex nono te/ stamẽto colligi possunt:q; manus nõ mittat̃ ĩ psonã eccłiasticã .17.q.4.c. si quis suadente diabolo.Itẽ q; in relictis ad pias cãs sufficit testamẽtũ cũ duobus testib9.de testa.c.relatũ.&.c.oẽs. Ab imperatore possunt ẽt puilegia cõcedi:qa ipse cũ uniuersis laicis & clericis p̃esse debet ĩ tẽporalib;:unde quo ad illa tẽpo/ ralia põt puilegia concedere.96. di. tuus:unde qñq; concedit imperator puilegia loco quo ad ĩmunitatẽ:qñq; eccłie uniuer/ sali .i. cõgregationi fideliũ:qñq; rõne ecclesie:qñq; psonis ec/ clesiasticis.C.de episcopis.& cle.l.nemo.C.de his q ad eccłias cõfugiũt.l.in p̃senti ĩ autẽtica.ut eccłia romana colla.2.nõ aũt pcedit ĩ puilegiis aliqbus specialib; uł singularibus ecclesiis uł collegiis uel psonis cõcessis siue a papa siue ab imperatorib; si/ ue ab aliis pncipib; ĩ his que ad eos spectãt:unde cõtraueniẽs ñ incidit in canonẽ istũ:nã qui facit cõtra libertatẽ istius uel illi9

ecclesie non ꝓpterea dicit̃ facere contra libertatē ecclesiasticā ſm Inno.
Itē notat Anto.de bu.in dicto.c.grauē.ꝙ ñ ualet statutū factū p laicos coartās clericos ad castra custodiēda & penā īponens clericis nō custodiētibꝫ.Itē notat Vincē.& Abbas ꝙ statutum factū p laicos ꝙ uadēs de nocte puniat̃ ī tāta q̄ntitate pecunie nō ligat clericos sed debēt p ecclesiā puīri.ex̃ de cōsti.c.ecclia sticā.i7.di.bñ qdē.De īmunitate ecclie ꝑsonarū & reꝝ eccliasticarū.uide ī uerbo īmunitas ī pisan. ii
Vtrū uiolatores nō tm̄ ecclie sed et̃ īmunitatis ecclesie sit ipo iure excoīcati.Rñdet Astē.li.7.ti.2.ꝟ.i8.ꝙ nō ē idē uiolare ecclesiā & īmunitatē ecclesie.qa ecclesiā uiolare ē ipsā frāgere uel incēdere:uiolare uero īmunitatē ecclesie ē facere cōtra libertatē ecclesie.Violans ecclesiā actualit̃ ē excoīcatus ipo iure.uiolās uero immunitatē ecclesie nō ē excoīcatus ipo iure sꝫ post monitionē sufficientē si emēdare cōtēpserit ē excoīcatus.i7.q.4.nullus.&.c. si qs deīceps. uñ extrahens hoīnem de ecclesia ad quā ꝑ refugio fugerat non ē excoīcat⁹ ipo iure cōmuni:ī aliquibus uero casibus uiolator ecclesiastice īmunitatis ē excoīcatus ipo iure ut īponētes īdebitas exactiones clericis . Textus autē in .c.nouerit de sen.ex.loquit̃ de faciētibꝫ statuta contra libertatē ecclie.puta si qs statueret ꝙ fugiens ad ecclesiā quocunqꝫ modo & casu posset inde extrahi talis esset excoīcatus uel qui statuta uel cōsuetudines seruari faceret. Itē si qui statuerent ꝙ clerici tenerent̃ soluere pedagia uel guidagia a qbus sunt īmunes sunt excoīcati uł q facerēt cōtrariā cōsuetudinē obseruari. ut in.c.q̄ꝙ de cen.li.6. Et generaliter qcūqꝫ facerēt statutum cōtra generale ꝑuilegiū cōcessū generalit̃ omni ecclesie uel ꝑsonis ecclesiasticis uł cōsuetudines cōtrarias facerēt obseruari. Concor.Ric.in.4.di.i8.ar.i2.q.2. ubi uide plene de hac excōmunicatione. i2
Quero an clerici uel scholares ad sua cōsilia possint ī ecclesiis i3

cõgregari.Rñdet Pe.de an.in.c. decet de ĩmunitate ecclesie li. .6.sed Guil.ꝙ ecclesiastica & spiritualia negocia possũt ibi tra ctari.unde possunt ibi clerici synodũ facere:& de libertate ec/ clesiarũ & statu clericorũ & reformatione morũ in clero & in populo. Itẽ scholares possunt ibi magistrari & similia facere qa hoc ecclesiasticũ ẽ & ab ecclesiastica ꝑsona magisteriũ reci/ piũt.extra de magni.c.i.Est.n.res sanctissima sciẽtia.ff.de ua/ riis.& ex or.cog.i.l.i.§.ẽ qdẽ.Si aũt scholares uellẽt ibi tẽpo/ ralia tumultuose tractare dictũ.c.decet eis obstat ibi q̃rũlibet uniuersitatũ & societatũ facit de maio.& obe.c.solite ĩ fi. Ad/ dit ẽt Io.an.in nouella ꝙ si laici uellẽt ibi ſpualia tractare: pu/ ta de faciẽdo festũ beate marie uirginis uel aliquã cõfraternita tẽ ĩ honorẽ dei uel alicui⁹ sancti uel de pace ẽt int̃ laicos faciẽ/ da hoc nõ ẽ interdictũ eis.

14 Quero an ordinarii possint dare licentiã laicis cõtra ĩmunitatẽ ecclesie:puta ꝙ fiãt ꝑlamenta cõciones uł causarũ cognitiones & similia.Rñdet Pe.de ancha.Sed Guil.& cle.pisanũ ꝙ non:& allegãt.ff.de trãsac.l.cũ hi.§.si ꝑtor.& de of.ꝓcu.cesaris.l.i.& extra de natis ex li.uen.c.unico.ũde dicit tex.ĩ dicto.c.decet. Ordinarii locorũ hoc faciãt obseruari suadenda suadeant ĩter/ dicta hui⁹ canonis auctoritate cõpescãt.Dicit tñ Guil.hoc uerũ nisi urgẽs & euidẽs cã subesset.Hoc põt intelligi: puta quãdo cursus hostium adesset.

15 Quero que sint uetita in ecclesiis fieri.textus in dicto.c.decet sic dicit.Nullus ĩ locis eisdẽ.i.ecclesiis ĩ quib⁊ in pace ac quiete uota cõuenit celebrari seditionẽ excitet cõclamationẽ moueat impetũ ue cõmittat.Cessent ĩ illis uniuersitatũ & societatũ q̃/ rũlibet cõsilia cõciones & publica ꝑlamenta. Cessent uana & multo fortius feda & ꝓphana colloquia.Cessent cõfabulatiões quelibet sint.Postremo quecũq alia que diuinũ possint turba/ re officiũ aut oculos diuine maiestatis offendere ab ipsis ꝓrs⁹ extranea:ne ubi peccatorũ ẽ uenia postulãda ibi peccãdi detur

occasio aut dep̄hendat̄ peccata cōmitti. Cessent in ecclesiis & eaꝝ cimiteriis negociationes & p̄cipue nūdinarū ac fori cuiuscūq; tumultus. Oīs ī eis secularium iudiciorū strepitus cōqescat. Nulla ībi cā p laicos criminalis maxīe agitet̄. Sint loca eadē a laicorū cognitionibus aliena.

Quero an cōtract⁹ facti ī ecclīa teneāt. Rn̄det glo. in dicto. c. decet. q sic licet nō debeāt fieri & q faciūt peccāt. secus ī ꝓcessibus & sentētiis iudicialib9. i6

Quid si fieret statutū q non possit ecclesiis donari uendi uł relīqui. Rn̄det Pe. de ancha. c. eos īmu. ecclīe. li. 6. q statuētes sūt excoīcati ipso iure. i7

Quid si fiat statutū generale qđ ueniat īcludere clericos: puta Senis q si citatus corā officialibus coīs declinauerit ipsorū iurisdictionē sit ex ꝓtectionē coīs & pōtas ī ciuilib9 & criīnalib9 nō audiat ipsū: clerici corā talib9 officialib9 citati nō audent declinare: qa postea ī eorū iniuriis & offensis ptās eos nō audiret an si contra libertatē ecclesie. Rn̄det Pe. de ancha. q ep̄s pōt si ex hoc uidet clericos de facto dānificari & timidiores fieri cogere secularē potestatē ad declarādū q statutū illud sic generale nō intelligat de clericis uolētib9 declinare. & ita dixi ī. c. si diligēti de foro con. & p Bal. post Iacobū butri ī auctētica statuim⁹. C. de episcopis & clericis. i8

De his qui usurpant sibi custodiam uacantiū ecclesiarum. §. 3i.

c Irca hāc excoīcationē. s. de his qui usurpāt sibi custodiā uacātium ecclesiarum.

Querit glo. qa textus dicit uniuersos. An masculinū concipiat femininū ut intelligat̄ ēt uniuersas. An mulieres que sibi usurparēt sint excoīcate. Rn̄det glosa q sic qa semp masculinū cōcipit femininū quādo a canone ꝓfert̄ de quo hic uide plene p Petrum de ancha. i

Quero qa textus dicit uniuersos & singulos q regalia custodiā 2

siue guardiam aduocationis seu defensionis titulũ in ecclesiis monasteriis siue aliis qbuslibet piis locis de nouo usurpare conantes bona ecclesiarũ monasteriorũ aut locorũ ipsorũ uacantiũ occupare p̄sumũt que dicunt̃ regalia. Rñdet glo.i.collecta que fit regis rõne uel imperatoris uel tributũ qđ debet̃ regi uł iura que ad imperatorẽ ptinere cõsueuerũt:ut portus uectigalia que erãt ecclesiis cõcessa p imperatorẽ uł ab imperatore uł rege:& aliqs de nouo uolebat sibi usurpare uacãte eccłia.i.mortuo rectore. Alia uocabła que sequũt̃ custodiã & guardiã & ce. sũt noĩa iuris patronat⁹: quocũq ergo noĩe cẽseant̃ usurpãtes de nouo tale ius ĩ ecclesiis uel aliis piis locis & bona ipsorũ locorũ uacantiũ excoĩcati sunt ipso iure.

3 Quero q̃re dicit de nouo usurpare & qñ dicat̃ de nouo usurpare. Rñdet glo.& Pe de ancha.q qñ usurpãs oñdit titulũ: puta qa tenet ista titulo patronat⁹:& adhuc p̄scriptio nõ ẽ cõpleta .40.ãnorũ.Si autẽ oñderet titulũ & esset cõpleta p̄scriptio nõ diceret̃ de nouo usurpare.Si uero nullũ habet titulũ dicit̃ de nouo usurpare:nisi tenuisset tãto tẽpore cui⁹ initii memoria non existit. Si uero existeret memoria diceret̃ de nouo usurpare.

4 Quero dicit̃ hic q clerici eccłiarũ & monachi monasteriorũ & psone aliorũ piorũ locorũ:puta hospitaliũ q pcurãt ut bona dictorũ locorũ uacãtiũ occupẽt̃ sũt excoĩcati.Quero quõ dicant̃ hoc pcurare.Rñdet glo.forte occasione discordie int̃ ipsos suscitate.Et dicũt̃ pcurare ope cõsilio & psuasiõe & coopatiõe . ex̃ de homicidio. Sicut dignũ.Itẽ nota s̃m glo.Pe.q clerici cũ uidẽt bona eccłie usurpari debẽt se opponere:qđ intellige cũ effectu q̃ntũ ĩ eis erit inuocãdo brachiũ seculare uel sibi nũciãdo.de homi.Postulasti.&.c.Dilecto.infra de sen.ex.ubi ad defensionẽ talẽ licitã possunt laicos inuocare.ad hoc.l.3.§.cũ igit̃ .ff.de ui.& ui armata.& si in cõflictu alicui⁹ mors interuenerit nõ imputabit̃ sibi sed aduersario.l.Quoniã multa .c.ad.l.Iuliã. de ui.& notat Inno.de resti.spoli.c.Olim.

Itē nota ꝙ ꝓ tēpore quo clerici nō defendūt ecclesiā ab oppſ/ 5
ſione non debēt recipere ꝓuentus ut hic in textu q dicit. Illos
uero clericos q ſe ut deberēt talia faciētibus nō opponunt de
ꝓuentib⁹ eccłiaꝝ ſeu locorū ipſorū ꝓ tēpore quo ꝑmiſſa ſine
debita cōtractione ꝑmiſerīt aliqd ꝑcipere diſtrictius ībibem⁹.
Sed an ſaltē poſſint ꝑcipere uictū & ueſtitū Archi. tenet ꝙ ñ.
qa qui nō laborat nō māducet. ut notať. ff. de dā. infect. l. quis.
Itē nota ſm glo. ꝙ fundās & dotans ecclesiam de diocesani cō/
ſensu poteſt hoc ſtatuere ut fructus ipſius eccleſie cum uacabit
poſſit ſuos facere. 18. q. 3. Eleuterius de iure patronatus. c. prete
rea. &. c. nobis.
Quero qd de illo q iuſto titulo uel antiq̄ conſuetudine debet 6
habere cuſtodiā uacantis eccleſie uel monaſterii uel hoſpitalis
uel alterius pii loci: An uacante eccłia ſibi lucrifaciat fructus.
Rñdet glo. ꝙ nō: ſed fructus cōſeruare debet futuro ſucceſſori.
Qui. n. cuſtodiā habet cuſtodire debet nō cōſumere. Habebūt
tamē ꝙ diu cuſtodie dāt operā moderata cibaria.

De falſificantib⁹ litteras dñi pape. §. 32.

c Irca hāc excoīcationē. ſ. de falſificātib⁹ lr̄as dñi pape: uide qd
dicit̄ ī piſanella ī uerbo excoīcatio tertio. qa eadē ponūt̄ in ſū.
Heſteñ. l. 7. ti. 2. ꝟ. 24.
Quero quid ſi falſitas eſt ita latens ꝙ uideri etiā non poſſit ēt 1
a perito. Reſpondet Aſtē. ubi ſupra ꝙ ſi diligentiā quā potuit
ꝑ ſe uel ꝑ alios fecit nō teneť. alias nō excuſať.
Quero utrū īpetrās litteras a papa tacita ueritate ſuggeſta fal/ 2
ſitate ſit excoīcatus ipſo iure. Rñdet Aſtē. ubi ſupra. ꝙ nō ſiue
hoc faciat impetrās ſciēter uel ignorāter ēt ſi talis ueritas ta/
ceať uel ſi talis falſitas ſuggerať ꝙ ea ueritate maīfeſta uel fal/
ſitate nō ſuggeſta papa litteras illas nō cōceſſiſſet: unde de re/
ſcrip. c. ſup litteris habeť. ꝙ littere ſic īpetrate ꝑ malitiam uel
fraudē īdiſtincte ñ ualēt: ñ tñ dicit̄ ibi ꝙ īpetrans excoīcationē
incurrat. Vide Ric. ī. q. di. 18. ar. 12. q. 3.

3 Quid de illo q litteris utit̃ apostolicis sub alio noĩe ĩpetratis. Rñdet idẽ ubi supra ꝙ licet tã isti ꝙ̃ illi sint digni magna pena & cõfusione: nõ oportuit tñ ius cõdere ꝙ tales ipso iure excoĩcationẽ incurrãt: qa talis fraus a pte aduersa uel a iudice cõtra utẽtes facilit̃ & certitudinalit̃ ꝓbari põt: puta si talis littera sit impetrata sub noĩe Petri clerici uel cruce signati & nõ sit ita: facilit̃ & certitudinalit̃ excipi põt cõtra utẽtẽ talibꝫ litteris ostendendo ꝙ nõ ẽ cleric⁹ uel cruce signatus. Nõ obstat. 25. q. 2. dicenti. ubi dicit̃. Falsarius q litteras impetrat falsa suggestione uel falsis p̃cibꝫ: qa licet talis sit falsarius lato sũpto uocabulo: nõ tñ ẽ ꝓprie falsarius lr̃aꝝ pape: qa ueras litteras impetrat licet falsa suggestione. Vide Ric. ubi supra.

4 Quero qui sunt modi falsificãdi litteras papales. Rñdet tex. ĩ .c. licet de cri. fal. ponit plures modos & species falsitatis. Primus siue pma species falsitatis ẽ ut falsa bulla falsis litteris apponat̃. Secũda ut filũ de uera bulla extrahat̃ ex toto & p aliud filũ missũ falsis litteris ĩserat̃. Tertia ut filũ ab ea parte in qua carta plicat̃ incisum cũ uera bulla falsis litteris ĩmittat̃ sub eadẽ plicatura cũ filo similis canapis restauratũ. Quarta cũ a superiori parte bulle altera pars fili sub plũbo rescindit̃ & p idẽ filum litteris falsis inserta reducit̃ infra plũbũ. Quinta cũ lr̃is bullatis & redditis ĩ eis aliqd p rasurã tenuẽ ĩmittat̃. Sexta ut cum scriptura litterarũ qbus fuerat appoĩta uera bulla cũ aqua & uino uniuersalit̃ abolita seu deleta eadẽ carta cũ calce uel aliis iuxta cõsuetũ modũ siue artificiũ dealbata de nouo rescribit̃. Septĩa cũ carte fuerat appoĩta uera bulla totalit̃ abolite uel abrase alia subtilissima carta eiusdẽ q̃ntitatis scripta cũ tenacissimo glutino cõiũgit̃. Deinde subdit tex. Eos et̃ a crimine falsitatis nõ reputamus ĩmunes q cõtra cõstitutionẽ nostrã sciẽt̃ litteras nõ de nostra uel bullatoris nostri manu recipiũt. Illos quoqꝫ q accedẽtes ad bullã falsas litteras caute ꝓiiciũt ut de uera bulla cũ aliis sigillent̃. Sed he due species falsitatis nõ possũt facile

cōphēdi nisi ī mō dictamīs uł ī fōma scripte uł q̄litate carte falsitas cognoscat̄. In ceteris aūt diligēs īdagator falsitatē poterit ītueri uel ī adiūctione filorū uel ī collatione bulle uel motione uel obtusione: p̄sertī si bulla nō sit eq̄lis sed alicubi magis tumida & alibi magis dep̄ssa.

Quero utrū si īueniēs litterā pape cuius efficacia iā expirauit puta quia fuit data ad tēpus qd̄ iā trāsiit: ludo nō ītētione utēdi litterā aliquā ī ea male formatā reformet uel punctū faciat uel quolibet alio modo aliqd immutet an sit excoīcatus ipso iure. Rn̄det Astē. ubi supra. Dicūt aliq ꝙ nō: quia illa excoīcatio nō intelligit̄ nisi de litteris que possūt utiles esse alit̄: p̄dicta aūt littera quo ad cōmunē hominē inutilis esset. Sed contra licet illa litteta nō mutata sit īutilis tn̄ ꝑ rasurā sic īmutari posset ꝙ utilis appareret ut si ibi scriptura esset post terminū: nā uidet̄ utilis que erat ante īutilis. Cū ergo quecūqꝫ īmutatio siue parua siue magna circa litterā pape que ꝑ mutationē posset apparere utilior q̄ erat uel utilis cū nō esset sit ꝓhibita sub pena excoīcationis late sentētie: uidet̄ ꝙ īmutās aliqd circa litterā de qua ē qnestio sit excoīcat⁹ ipso iure qd̄ cōcedēdū uidet̄. ut extra de cri. fal. c. licet in glo ubi dicit̄. Quicūqꝫ addit uel īmutat rescriptū pape ē excoīcatus uel falsarius īdistīcte. Nō obstat de fide instruc. c. ex litteris. ubi dicit̄ de qbusdā litteris q̄s pars aduersa de falsitate arguebat eo ꝙ ī narratione facti abrase erāt qa per illā rasurā false iudicari nō possunt: quia sicut dicit̄ in glo. dicto . c. licet. Rasura illa facta fuit ꝑ eū qui litteras scripsit & nō ꝑ eū qui illis utebat̄. De litteris aūt que ꝑ nullā rasurā possēt apparere utiles. puta de littera citatoria alit̄ iudicādū esset. qa si tota raderet̄ & de nouo scriberet̄ nō posset apparere utilis. Concor. Ric. in. 4. di. 18. ar. 12. q. 4. Nota ẜm Io. an. circa secūdā speciem falsitatis. s. de isto filo extracto & alio īmisso: ista falsitas fit includēdo bullā ī loco calido ita ꝙ licet nō liquescat tamen intenerascit ita ꝙ filū pōt trahi in tractione. ē tn̄ aliq̄lis tumor

p quē post filū īmissū oportet bullā maleari & hoc ītēdit finis.
Tertiā falsitatē ita exēplificat Hosti. ꝙ incidat uerū filū suppli
catū uere littere & extrahat de lr̄a & immitat false lr̄e ad mo/
dū lr̄e uere plicate & sub plicatura false lr̄e resarcit filū & eius
scisura cū filo similis canapis.

De insecutoribus cardinaliū. §. 33.

c Irca hāc excoīcationē. s. de insecutorib9 cardinaliū.

i Nota multiplices penas ut scias quō rectores ciuitatū qui non faciūt eas obseruari incurrūt excoīcationē. Primo ergo dicitur Si quis deinceps ī hoc sacrilegii genus irrepserit ꝙ sancte ro/mane ecclesie cardinalē hostilit fuerit insecutus uel pcusserit uel receperit uel socius fuerit faciētis aut fieri mādauerit aut factū ratū habuerit: aut cōsiliū dederit uel fauorē aut postea re/ceptauerit uel defensauerit scient eundē sicut reus criminis le/se maiestatis ppetuo sit īfamis hec ē pma pena. Secunda ꝙ sit diffidatus & bānitus. Tertia ꝙ sit intestabilis actiue & passiue .i. nō possit cōdere testamētū nec alicui9 bōa possit habere ex testamto ul ab ītestato. Quarta ꝙ cūcta eius edificia dent ī rui nā & nullo tēpore possint reparari. Quinta ꝙ nullus ei soluat si ē debitor eius nec teneat ī iudicio ei respondere. Sexta ꝙ ei9 bona cōfiscēt. Septima ꝙ si qua feuda locatiōes officiū uel bn̄/ficiū spirituale uel tēporale ab aliqbus ecclesiis obtinet sit eis ipso iure puatus que sic libere ad ecclesias reuertant ꝙ ecclesi/arū rectores ipsis p sua uolūtate disponāt. Octaua ꝙ si habet filios uel nepotes bn̄ficiatos p rectā lineā descēdentes quouis bn̄ficio et si pōtificalē adepti fuerīt dignitatē sint eis ipso iure puati spe pmotionis oīo sublata. Nona ꝙ dicti filii uel nepotes ex uirili sexu descēdentes nō possint ascēdere ad aliquā digni/tatē ecclesiasticā uel mūdanā nec ad alicui9 loci regimē. Decīa ꝙ nō possint esse aduocati notarii iudices nec aliud ministeriū seu officiū publicū possint habere. Vndecima ꝙ nō possūt esse testes in iudicio. Duodecima ꝙ nō possint ascēdere ad ordines

nec ascēdere ad officiū uł bñficiū ecclesiasticū. Tertiadecima ꝙ sic priuatus oībus actib⁹ legitīs oī spe dispēsatioīs adēpta. Quātadecīa ꝙ sic ex īsecutione ꝑdicta sicut ex iiectione ma/nuum uiolenta ipso facto sentētiā excōmunicationis incurrat tā īsecutō ꝙ̄ alii supdicti. Quītadecīa ꝙ ꝙ̄diu ī sua cōtumacia ꝑdurant singulis diebus festiuis & dominicis pulsatis cāpanis & candelis accēsis ꝑ omnes ipsius loci ecclesias ī quo tm̄ faci/nus fuerit attētatū: necnon ciuitatū & dyocisum uicinaꝝ excō muīcati publice nūciēt: nec ab alio ꝙ̄ a romano pōtifice abso/lutionis bñficiū obtinere possint nisi ī articulo mortis. Sex/tadecima cū fuerīt absoluēdi primo & sufficienter & idonee caueant ꝙ īferēde pene parebūt & ꝙ peītētiā pagēt iiungē/dam. Deciaseptīa ꝙ ꝑ omnes illius loci ecclesias principales uicinoꝝ ꝙ̄ locoꝝ diebus dominicis & sollemnibus īcedāt nudi corā populo femoralia tm̄ habentes: ac ferulas ferētes in ma/nibus cū q̄bus ꝑ easdem ecclesias publice fustigentur. Decīa/octaua ꝙ postea debent ire ultra mare acturi penitētiā ꝑ tres annos adminus: nec debeāt īde reuerti sine speciali licētia se/dis apołice: sꝫ postꝙ̄ sic fuerīt absoluti possīt exigere credita a suis debitorib⁹ que postmodū acq̄siuerūt. Decīanona ꝙ si pape uidebiť poterit dictas penas extendere ad colleterales .i. ad fratres nepotes ex fratribus & ꝓnepotes. Tamen si q̄s ī ꝑmissis nudo cōsilio uł simplici fauore fuerit culpabilis de/bet puīri ꝑ iudicem ꝭꝫ ꝙ̄titatē culpe. Nudū cōsiliū uł sīplex fauor ītelligiť illius qui ad maleficiū faciēdū nihil adiicit: & in nouella ponit exēplū Io. an. ī illo q post insecutionē req̄situs ab īsequēte grauauit maleficiū. Vide eū & Pe. de ancha. Item si q̄s familiarē clericū uł religiosū de familia pape uł cādina liū offēderit debet acriter puīri ut pena ꝓpōtioneť delicto. Si q̄s uero cardinalē occiderit uł causam dederit per se uł ꝑ aliū ultra ꝑmissa debet exasperari ita rigore uindicte ꝙ uiuēs desideret & inuocet mortē in auxiliū.

2 Querit glosa sup uerbo sacrilegiis.qd si qs pcuteret cardinalē se defendēdo:an habeāt locū iste pene.Rn̄det ꝙ nō.Item nota ꝙ ille q solū īseqt̄ cardinalē ē excoīcat⁹ & ē spale.nam insequēs aliū clericū n̄ tn̄ pcutiēs excoīcat⁹ n̄ ē ſꝫ Io.an.& Archi.

3 Itē nō ſꝫ Pe.de an.ꝙ multis modis dicit̄ qs hostilit̄ deliquere īsequēdo: qn̄qꝫ percutiēdo & hoc clarū:qn̄qꝫ capiēdo: & hoc ītellige cū effectu ſm Archi.q nō putat ꝙ p īsultū uł obsessionem factaꝫ ad domū sit locus huic pene si non obsidetur ibi ad custodiā sꝫ ad uerecūdiam p ea que notat Inno.ī.c.nup de sen.ex.de aliis delīquendi modis hic exp̄ssis.

4 Querit glo.& Pe.de an.quid si receptator īsequētis cādinalē sit ꝯsāguineus receptati uel affinis.Rn̄det ꝙ nō tenet̄ istis penis quod ītelligit.Io.an.ī nouella ueꝝ.s.ꝙ nō puniūt̄ pari pena sicut extranei.ff.eo.l.2.dic enī ꝙ nō absoluūt̄ nec tā seuere puniūt̄ sicut extranei.

5 Quero dicit textus si qs ratū hūerit īsecutionē cardinalis īcidit ī has penas.Pone ergo ꝙ talis īsecutio non fuit facta eius noīe uel mādato sꝫ noīe alterius:tamē postq̄ fuit facta iste habuit ratū an sit excōmuīcatus.Rn̄det glo.ꝙ nō p regulā iuris que dicit.Ratū qs hēre nō pōt quod eius noīe nō ē gestū.

